

Össző: KNEZT MARI

Összős IDEGE: 1977.

TART.: A SONOGTVARÉI ÖSSZÖHHATÁSÚ SVENT ISTVÁN
FÖLRA'S TÖRTÉNETE

1 lap

FÖLRA'SI MUTATÓ: SONOGTVARÉ

SÁK MUTATÓ: XXI

PAPÍRIPARI VÁLLALAT



KISKUNHALASI GYÁRA

LELTÁRRA'S

ÁTVEZETVE AZ ÖSSZÖGES LTK. 3610 - ES TETELE ALÖL


Extra pagum ab occidente mediae harræ Spatii in valle juxta saltus profluentis exstat ab immemorabili tempore Scaturiens fons excavatus, dictus ex traditionibus antiquorum fons Sti. Stephani Regis. Qui taliter per memorias hominum devolvitur usque modo, quod dum S. Stephanus adhuc in vivis agens Principem Kubpam rebellem devicisset, tunc ibidem aliquantum conquiescens Sanxvinolentas manus suas in eo lavasset, benedicens ei, ut omnes moribidi eo adventantes gratias sibi sanitatum remeantur. Hinc in memoria hominum, ut Turcico etiam tempore Bassae Lakiensi tributum certum infirmi Xtiani eo convolantes solvisse debuissent. Imo dum ejusdem Bassae coecus equus ibidem lotus fuisset, vidum recepit, sed fontis Scaturigo per 3 Annos ibidem cessavit. Post: evolutis his 3 Annis iterato scaturivit, est in alio loco superius in monticulo infra viam regiam. Dum tandem Turca depulso pax Xtiani incolatus cepisset, fontis Scaturigo in pristinum locum rediit, ac successivis temporibus usque modo variis morbis afflicti pie eodem adventantes gratias DEI recipiunt. Veluti ante Annos 26 Gregarius Miles ex Regimine Althan sub Directione Domini Colonelli Principis a Villanova in Bussák in quartirisati Contractus in Membris voto facto pedes cum miseria in suffulchris adveniens ad hunc Sacrum fontem, Devotione sua peracta integre resanatus, suffulchro suo ibi pro memoria ~~permissa~~ letas rediit ad propria. Non absimiliter ipse D. Princeps de Villanova et Colonellus, una cum sua Conthorali Dña, et Filiola duodenna periculosis calidis febribus correpti, voto facto ad S. Stephanum Regem, aquaque hinc hausta, et ad Bussák adportata ibi bibentes, seque in ea lavantes, pristinam receperunt sanitatem. Pro qua Gratia ob brevitatem temporis suae hic per mansionis ex voto supra hunc fontem in colliculâ ascensu ligneam, septam et luto plasmatam calce dealbatam curavit extrui Capellam A. circiter 1724. Ac Vienna allatam integram statuan S. Stephani Regis, a qua Militantis, et fontem Benedicentis certo die Festo ex Castello Lakiensi solenni Processione indicta, per A. M. R. Dnum eorum V. Archi-Diaconum, et Parochum Kaposiensem Josephum voros adstantibus 3-bus, 4-ve Parochis pedites usque ad dictam Capellam cum solenni cantu publicarum Litaniarum, alternantibus tubis et timpanis, et aliis sonis musicis, cum ducentis armatis Militibus, caeteroque Populo Xtiano scriptam statuan ad Capellam deportaverunt, ibique solenni Sacro decantato, et Hispanica Concione peracta, devotionem finiverunt. Haec omnia praemissa, uti ipse vidit et expertus est, veluti adstans Diaconus praedeductae Devotionis, ita testatur Dnus Andus Joannes Domanyenky eorum Parochus Parsoniensis. Imo brevi tempore post vidit ipsemet et expertus est, cum novi Lunii Dominica proximo Festo S. Antonio Paduani 1727. ex Nemes-Déd 3 infirmæ proles uno Curru ad hunc Sacrum fontem ex voto advectae, ipsa die perfecte sanatae sint. Prima proles Gabriel Stefaics Annorum 10 Perillustris Domini Martini Stefaics I. Cottus Judlium hujus filiolus, ab infantia sua, cum rutia loquendo, urinam naturaliter detinere non potuit, neque resanari, variis etiam adhibitis remediis; item in Regio morbo tumidus; ad hunc tandem Sacrum fontem balneatus usque hodie gratia DEI sanus vivit, actu V. Judlium Cottus. - 2-da proles Nobilis Josephi Kovács alias Nagy Nemes Dediensis filiola quadrennis incidens in febrim calidam, adeo, utroque oculi visu privata sit usque per Annam, et quasi lepra crustata. Audito interim hoc medicinali fonte, /tamesti uterque parens Calvinista/ voto facto advecta proles Mater cum suspiriis lavare cepit et post lotionem ad Capellam adluxit, dum ibidem flexis genibus orasset, puella alloquitur dicens: Mater, da mihi florem. Mater interrogat: qualem? ubi? tunc puella ascendit gradum ad altare, ac ex altari visos flosculos sibi dari petiit, et sic gratia DEI visum recepit et actu habet. 3-tia pariter puella in longiturnis febribus fere ad mortem angustiata, hic balneata, perfectam sanitatem recepit, etiam Calvinistarum Parentum.

Praeter haec complurima alia in proximioribus et remotioribus pagis inveniri possunt, ubi et quando necessum foret, rem uberius dilucidandi.

Pro custodia et iutura restauratione hujus Capellae et Sacri fon-

tis in proximo uno tugurio subteraneo pro tempore ad alteriorem superiorum dispositionem admissus est unus Eremicela Jacobus Illés vocitatus jam fere sexagenarius bonae fanae et bonae vitae hactenus et pius.

(Forrás: Visitatio Canonica Districtus Kaposvár, sub Parochia Somogyvár, Anno 1749., p.118-9^f Archivum Episcopatus Veszprimiensis, A 3/11..
Meritette: Mózner László egyházmegyei iktató, 1970-ban, Szent István 1000. jubilumi évében, Veszprém városában.)



Handwritten signature or mark

L. Bakaj Kónal mlt. ij. úr kérede